na coꝛpali ſuccurras :ſi vero ſpūaliter egeat miſ-
ſericordiam ſpūalem ⁊ auxilium ſpūale libenter
impende. Scdo debes ꝓximo tuo ſubuenire con
ſilio: inſtruendo ⁊ dirigēdo errantē: maxime in tē
ptationibus ⁊ ſpūalibus exercitijs. Sed videas
ne alioꝝ doceas qđ ipſe neſcias. Melius eſt hūi-
liter ꝯfiteri ignorātiam ꝙ ꝑſumptuoſe velle do-
cere. Sit igit̄ cōſilium tuuꝫ ſemꝑ diuine ſcripture
cōſonum. Ea tm̄ q̄ in cōſilio recipis. vel de quibꝰ
cum alijs cōſulendo ꝑcipis ſi ſecreta fuerint ca
ue ne publices maxime de temptationibus alioꝝ.
Inde em̄ ſepe pericula veniūt: vt in ſecunda col
latiōe patrum dicit̄. In conſilijs etiā dandis ca-
ue ne ſequaris tuaꝫ paſſionē vl̄ inclinationē. Nā
illa ꝑuertit iudicium ⁊ zelus ſapere neſcit. Item
anteꝙ des cōſilium maxime arduum diu delibe-
rato. ⁊ nō qđ prius occurrerit edicito. ſed delibe-
ra te ſubmiſſo ſemꝑ tuo ꝯſilio ſentire alioꝝ ne pti
nax inueniaris ⁊ velis tu magis conſentire hūi-
libus ꝙ tibi conſentiri. Unđ nullius tu conſiliū
đbes vilipēdere. Deus em̄ ſepe reuelat paruulis
q̄ abſcondit a ſapiētibus. ſꝫ oīm conſilia atten-
das: nō tm̄ ſuſcipias ſꝫ om̄ia probate. Apl̄us ait
quod v̄o bonū fuerit ipm̄ tenete humiliter cōſen-
tiendo finaliter.

¶ De tertio deſcenſu quo neceſſe ha

bet ſuperior deſcendere propter curam ꝛ ſolicitu dinem ſubditorum. ¶Ca.lxx

SI vero ſub te habueris inferiores: tunc te oportet multo amplius ꝛ frequētius deſcendere. immo ſepiſſime aſcenſiones deſerere vt vaces ſubditis in cuſtodia ꝛ diſciplina. In cuſtodia vt ſerues aſtantes qui iam digne cōuerſātur. In diſciplina vt corrigas errātes ꝛ minus ordinate cōuerſātes. Alias certe dn̄s ſanguinē aīarum ſubditaruꝫ de manibus tuis requiret. ¶Et niſi fratrem minimū quātum in te eſt adduxeris: faciē Joſeph veri ſaluatoris nō videbis. Vide hic ꝙ periculoſus eſt ſtatus ſuperior quo neceſſe eſt vt homo ſeipſū deſerat ꝛ ſepe dum negligit perdit. Nam dum foris homo multum occupatur. ꝛ interius ociatur: nōnunꝙ aſcēſiones negligit ꝛ ad cor durum deſcēdit ꝛ inſenſibilis fit ſolum exteriora ſentiens. ꝛ ſpūalia nō deguſtās: ſic bene oñdit Bern̄: in .i. li. de conſideratiōe. Igit̄ cōſilio ſctōruꝫ quātum in te eſt ſemꝑ locū ſupiorem ꝛ nimiaꝫ occupationē exteriorem deuita ſalua ſemꝑ humili ꝛ prompta obedientia ¶Cum vero aliquis cogitur exterioribus occupatiōibus deſeruire debet valde ſolicite qn̄cunqꝫ ꝑt vl' tp̄s habuerit ad intima recurrere ꝛ ſibiipſi va

carēne vt dictū eſt inſenſibilis efficiatur. Unde Grego. Sancti inquit viri qui exterioribus miniſterijs deſeruire officij neceſſitate cogunt. ſtudioſe ſemꝑ ad cordis ſecreta refugiūt vbiqꝫ cogitationis intime cacumē aſcendunt. ⁊ legem dn̄i quaſi in mōte ꝑcipiunt dum poſtpoſitis tumultibꝰ actionū ſuarū tꝑalium in cōtemplatiōis ſue vertice ſuperne voluntatis ſententiā ꝑſcrutātur. Ut enī exterioribus officijs in offenſe deſeruiāt ad cordis ſecreta recurrere inceſſabiliter curant. ⁊c̄.

De quatuor in quibus incipiētes deo ſeruire debēt eſſe cauti ſi proficere volunt.

QUatuor autē ſunt in quibus noui ⁊ incipientes cauti debent eſſe ſi volunt ꝓficere. Primū vt ab illa voluntate qua ad religionē venerūt. ⁊ a ꝑmo nouitiatus feruore nō tepeſcāt. ſicut cuidam in Apocalypſi improperatur. Habeo aduerſum te: ꝙ caritatē primam reliquiſti. quapropter penitētiā age. ⁊ ꝑma opa fac. Caritatē ꝑmā relinquūt: qui cum primo ſint feruentes ⁊ deuoti ad omia. poſtea tepidi effecti ⁊ deſides: tradunt ſe leuitatibus ⁊ vitia expugnare ⁊ que expurgare venerāt: ꝑmittunt ſibi dominari ſeruientes deo ꝑ ſuo libitu: non ꝑ eius beneplacito voluntatis. Unđ dn̄s filijs iſrael ꝑce-

pit. Memētote diei huius in qua egreſſi eſtis de egypto. Dies qua ď egypto egredimur: eſt bona voluntas qua educimur de ſeculo hu9 ſemp̱ meminiſſe debem9: vt a feruore illius nunq̄ retrocedam9. Vñ quidā volens religionez ingredi de ſeculo queſiuit de quodā ſctō patre: quō viuere deberet. At ille dixit ei. Vide qualis primo die fueris: ꝛ ſic ſemp̱ viue. Hoc eſt cōſidera ſtatum volūtati tue in p̄ma die qua religionē intrare diſpoſuiſti: q̄ hūilis tūc fueris: q̄ p̄atus tunc obedire ad oīa taz aſpera q̄ deſpecta q̄ patiēs ad correptiones: ꝛ penurias ꝛ labores q̄ ꝯcūdus ꝛ timorat9 q̄ ſolicitus vt emēdares vitam tuā. ꝛ dies quos in ſeculo perdidiſti recuperares: q̄ parū curās rumores ſeculi querere vel referre: nec detractiōib9 intentus: nec aliquibus curioſitatibus occupat9 ꝛ quō fugiſti ꝛ abieciſti oēs carnales affectus ꝛ effectus ꝛ te totū obtuliſti dño holocauſtuz viuuz: vt nihil deinceps in te viuat de vita peccati ſed tota mactetur ꝛ immoletur dño: obediētie ferro per ſacerdotis miniſteriuz. i. p̄lati tui: vt xp̄o in te innouato reſurgas. Scdm̄ hanc formā ſemper poſtmodū ſtude viuere: ne aliter in ſcola religionis dediſcere ꝛ retrocedere magiſq̄ p̄ficere videaris. Sicut illi qui vadunt ad ſtudium litterarum: ꝛ tp̄s vane ꝯſumentes redeunt domū: expēſas ſolum computāt cōſumptas. quia quid p̄fe-

cerint nõ apparet: ſic ⁊ nos q̄n tp̄us in religione
expenſum cõputamus. ⁊ ꝑfectus virtutũ exiguꝰ
eſt cũ forte in nouitiatu deuotiores ⁊ ſeruẽtiores
fuerimus q̄ꝫ poſt plures annos. Hoc em̄ eſt vere
cundum ⁊ valde nociuuꝫ. Ad heb. v. Cum debe
retis magiſtri eſſe ꝟtutum ꝓpter tp̄s quo diu in
religione fuiſtis. rurſum indiget] vt vos doca-
mini que ſunt elementa exordij ſermonũ dei. i. ne-
ceſſe habetis doceri ſicut rudes nouitij quõ inci
piendũ eſſet ſeruire deo. ⁊ facti eſtis qui lacte opꝰ
habetis nõ ſolido cibo. i. tales eſtis qui mollibꝰ
blandimentis puerilium cõſolationũ ⁊ carnaliũ
foueri indigeatis ⁊ fortia exercitia ꝟtutum pati
non valeatis in duris reprehenſiõibus ⁊ contu-
melijs- in neceſſitatibus in ꝑcuſſionibus ꝓ xp̄o.
Om̄is em̄ qui lactis eſt ꝑticeps: expers eſt ſermo
nis iuſticie. Paruulus em̄ eſt tam meritis q̄ꝫ vir-
tute. Scd̄m eſt: a quo incipiens d̄bet eſſe cautus
ne moueatur malis exemplis tepidorum ad imi-
tãdum ea. Sicut quidaꝫ infirmi ſpiritu videntes
alios apud ſe deſides in ſuitio dei: ocioſos ⁊ ver
boſos: elatos ⁊ rebelles: ambitioſos ⁊ alijs mo-
dis vitioſos: dicunt apud ſemetipſos. Si alijs h̄
licet quare nõ ⁊ mihi? Et proniores ad maluꝫ: ex
emplum ſumunt ab his quos deteriores vident
⁊ gaudent ſe ſocios inueniſſe vitiorũ ne ſoli poſ
ſint erubeſcere. Quia ſi parcitur alijs volunt ⁊

ſibi in ſimilibus parci. Contra hoc deuotus dei ſeruus apud ſe rñdere debet. Ego veni pure pro deo. non ꝑ aliquo alio: ꝛ ideo nolo aliquem ſequi ad hoc vt a deo retrocedam. quia ſi tantos hic diſcolos ſciuiſſez nunq̄ eorum ſocietatē elegiſſem Vnde ſolos illos imitari debeo: qui ad hoc informāt me: ꝓpter qd religionē intraui. i. vt apprehēdam deum et ſatiſfaciam ei de pctis meis: ꝛ promerear gloriam ſempiternaz. Victor ꝛ artifex nobile opus volēs facere: querit nō alia q̄ meliora exemplaria que poteſt habere. Et viator non querit viaz ab ignorantibus. ſed a ſcientibus eam ꝛ qui ſepe ambulauerūt ꝑ eam. Johānes. Noli imitare malū ſed bonū. Tertiū eſt qd cauere debet ne iudicet temere fctā aliorū maxime vbi neſcit qua de cauſa vel intentione fiant. Sicut eñ non videmus aliorū cogitatōes: ita nec intētōes eoꝝ q̄re hoc vel hoc fiat. Vñ quicquid aliquo modo poteſt excuſari, ſemꝑ ad meliorē partē interp̄temur ſi volumus trāquillum cor nobiſcuz habere ꝛ cū alijs: ꝛ alios nō turbare ꝛ deum nō offendere. qꝛ ſepe iudicamus malū eſſe quod in ſe nō eſt malū ꝛ peccam⁹ ꝑ temeritatē vſurpando nobis indicia dei de occultis cordium. Magiſtri noſtri vice dei aliquādo id poſſunt iudicare per coniecturas circūſtantes alios nō expedit per nos eſſe indicandos: donec plene eruditi in oīibus per do

num diſcretionis ſpirituum ⁊ vere ſpirituales ef
fecti omnia diiudicemus ⁊ nos a nemine iudice-
mur ſicut clare videns qui cecum videt: nec tñ a
ceco videtur: cum cecus non videat ſeipſum. Ro
ma. xiiij. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruũ:
Suo domino ſtat aut cadit. Sepe eñ merentur
temerarij iudices aliorũ. vt aut in ſimilibus: aut
grauioribus exceſſibus cadere permittantur: vt
diſcãt ex ſua infirmitate compati aliene. Luc. vj.
Nolite iudicare vt nõ iudicemini. In quo eñ iu-
dicio iudicaueritis iudicabimini. Quartũ in quo
cauti eſſe debent nouicij eſt: vt nõ frangantur ad
uerſitate vel temptatione. ſed cogitẽt quia ad hoc
venerũt: vt omĩa que eis hac vita poſſint accide
re ſuſtineant ꝓpter deũ. ſicut qui intrat bellum: ſcit
ꝙ nõ quietẽ ⁊ delicias. ſ; laborẽ ⁊ vulnera opor-
tet eũ expectare. Actuũ. xiiij. Oportet nos ꝑ mul
tas tribulationes intrare in regnũ dei. Luc. vlti.
Oportuit xp̄m pati. ⁊ ita intrare in gloriã ſuam.

Explicit deuotus tractatulus dñi
Gerardi de zutphanie. de ſpirituali
bus aſcenſionibus. vna cum tracta-
tulo de quattuor in quibus incipiẽ-
tes deo ſeruire: debent eſſe cauti: ſi

p̄roficere volunt ad permaximam vtilitatem in vita ſpirituali proficere cupientiuz in Monaſterio beate Marie v̄ginis de mōteſerrato/ ordinis ſctī bn̄dicti de obſeruantia Impreſſum. per Johannē luſchner alamanum. Sub expenſis eiuſdez monaſterij. Anno dn̄i. Milleſimo quadringenteſimo nonageſimonono. xvj. menſis Maij.

1499

BIBLIOTHECA DA UNIVERSIDADE

MEDITATION
DIVI
AUGUSTINI

Sala R
Gab.
Est.
Tab. 4
N.º 30